

1525. d. 8. Januarij

Ioannes Lambocki aulicus regis
us, Petro Torricio episcopo Cracovi:
ensi regni Polonia vicecancellario.

Reverendissime domine domine gratiosis:
sime. Post vulgatas illas, fictasque nu:
gas, servitutes videlicet et commendatio:
nes etc. Germani negotiatores propter ine:
ptum hoc, quod mihi cum eis per pau:
cum lingue Germanice commercium,
tam etiam quia me in curia in am:
pla toga volitari visunt, existimant
me aliquanti esse, atque ita mihi mo:
lestiam exhibere non cessant, quin me:
am sibi operam caperant. Ego vero non
aliter quam illa Horaciana vel Asopi:
ca ranuncula, volens tanta opinioni
eorum de me concepta respondere, in:
flor atque intumesco, ut nisi tempesti:
ve desinere velim, crepandum mihi es:
set. Hoc cum tendant, heri post discas:
sum reverendissime dominationis ve:
stra circa horam secundam venit ad
me e Torunio famulus Campe, is qui
has meas literas fert, meam operam
implorans, ut videlicet literas ad regem
Dauid apud reverendissimam domina:
tionem vestram obtinerem. Quid au:
tem in re sit, ea exemplo literarum

BIBLIOTEKI PUŁAŃSKIEJ
XX CZARTORYSKICH

regis

1545

regis Daciae quas Gdanensibus misit, quarum exemplum mitto, tum etiam ea revelatione eiusdem famuli Campe, reverendissima dominatio vestra intelliget. Rogo eandem: ut ea stulto insanus fierem: hoc est ut isti ipsi sentiant meam operam apud reverendissimam dominationem vestram sibi prodesse, ut literas ad regem Daciae ei negotio servientes reportent.

Dominus castellanus Posnaniensis, quem ego semivomnibus in multam noctem expectavi, tandem circiter noctis medium ex Soliciow rediit. Oblisque nimium et perplexae respondebat. Hei vereor! ne quid Andria apportet mali etc: Sed permittenda sunt vela ventis. Nudus egressus sum de utero matris etc: Hodie si Deus volet ad domunculam meam proficiscar. Vestra reverendissima dominatio felicissime valeat. Piotrovia feria quarta, die octava Ianuarij, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

BIBLIOTHECA HISTORICA
MUSEI HISTORICI ET
ETHNOGRAPHICI
VARSAVIENSIS